Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

geresberg dicitur castellum firmum et in eo ecclesiam pulcherrimam in honore sancte matris Christi Marie in eius speciale seruitium futurus erat. cum condecenti edificio construxit. et centum quaque maxime tamen in saltu boemico que eidem prouincie proxime astat ad xxx. et eo amplius mansos labore tantum manuum cum fratribus apostolico exemplo filiis et nepotibus eorum ad usum utilitatis informauit.

Interim millesimo ii. incarnationis domini anno. nobilis imperator Otto tercius ex hac uita immatura morte discessit. in eius regnum perductus Heinricus dux omni pietate p[...]

Erat in illo tempore in Her- spicius successit.
uueldensi monasterio sancti Wigberti Bernherus abbas uenerabilis genere et dignitate memorabilis qui tamen ut pace dicatur ultra sui propositi ordinem humano more popularis fame laudi intentus eidem cenobii fratres forte aliquanto del[...] conuersatione fouit indulgentius ita ut more canonicorum proprietates sed tamen in priuatis edificiis et in equis et cultioribus quoque plurimis uestimentis ac ceteris mundane glorie pompis uendicarent. et licentiam quoque dandi et accipiendi cum illicitis ac superfluis conuiuiis ceterisque talibus usurparent. Quo feliciter abbate biennio ante [...] ultra fudam flumen in monte quo ipse monasterium in honore sancti Petri apostoli construxit. cum militibus ac ceteris suis familiaribus refrigerii leuitate com[...]morante fratres indignatione permoti et quasi a patre contempti ad regem tam per semetipsos quam et per litteras ac legatos super diuersas querimonias dirigunt. se uictus et uestitus necessaria denegari. et illis cum ceteris Christi pauperibus esurientibus res ecclesiasticas prophana et inutilia prorsus dissipari. Quam eorum querimoniam rex sapiens altius quam ipsi opinarentur intelligens sed et uitam illorum non nesciens diutius dissimulando distulit. sed ad postremum importunitate eorum deuictus modificato sermone respondit. libenter se patrem eorum si deo dono conualuerit de talibus ammoniturum. sin non obierit eis immo et se imponendo pastore in diuinis et humanis sapientum consilio iuxta timorem domini prouisurum. At memorato abbate paulo post defuncto. predictum Gothardum eis patrem gubernatoremque episcoporum consilio preposuit. quem etiam ut in omnibus eis iuxta domini timorem et monachicam religionem prouideret. sollerter ammonuit. Qui illuc per Willegisum archiepiscopum perductus. et prius etiam sic deo gratias optime nouerat ad benefaciendum sapienter instructus in primo aduentu gratias diuine pietati referens eiusque directionem in preteritis presentibus et futuris.

sollicite querens primitus eis iuxta regulare preceptum duriora et aspera mandata proposuit et licentiam eis ad pisces in metropolitanam aut hec sectum celebrandi. aut quo uellent discedendi contribuit. Qui statim unanimiter conspirati simul omnes paucis tantum senioribus uel puerulis remanentibus egressi per diuersa loca uarie sunt dispersi. Quos tamen postea saniori consilio et eorundem qui remanserant certe industriam eius ac mansuetudinem intelligentia auxilio quosdam citius quosdam non seruus. pene omnes ad ouile reuocauit eosque sub leni iugo Christi facile domino gubernante coadunauit. Ciuitatem uero ipsam et claustrales coabitationes a superfluis et ineptis pluribus edificiis illico purgauit. et in condigna monachice necessitatis habitudine honeste reformauit. et cum inibi inuentisque et aliunde acquisitis fratribus in eodem cenobio per vii. annos deo digne et hominibus laudabiliter ministrauit.

Commendatumque est et ei aliud monasterium. Tegarense. quod pari quoque diligentia in Christi seruitute gubernauit.

His dem temporibus fuit in Thuringe partibus quidam uir nobilis dignitate et meritis illustris nomine Guntherius qui per delictis iuuentutis ingemiscens et considerata diligentius actuum suorum qualitate faciem domini in confessione preueniens. Herueldeam ad nouum abbatem digne ut post ea patuit penitendo accessit. eique omne secretum cordis ac uoluntatis sue funditus aperuit. Quem abbas iuste indo timoratus blanda consolatione et condigna etiam punitione penitentem suscepit. et ad monachicam usque professionem saluberrima sui commotione domino cooperante conuertit. Qui proprie diffidens imbecillitati corporis et animi ad penitus abdicanda que cumque seculi multiplicem sue hereditatis proprietatem quam acceperat a genitoribus sancto Wigberto cum consensu heredum suorum firma traditione totam delegauit sub testibus. primitus tamen testamento pactis ut monachus factus monasterium quod Gellige dicitur uictus et uestitus gratia ipse possideret. ac fratribus illic Christo seruientibus secum inde necessaria prouideret. Sed abbas prudenti pertractans consilio hominum nouiter conuerso talem pactionem in uia mandatorum dei maximo facturam esse periculo. et plus inde per dies anime nasci dispendium quam corporis ut putabat subsidium interim illum prouida mente ab incepto suspendit. et laico habitu adhuc usum.

Ad altahense monasterium secum perduxit. Ibi de uir predictus eatenus coniunctus. perit abbate.